Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



37 29

alium. Et scio huiusmodi hominem: sive in corpore
sive extra corpus nescio deus scit. quia raptus est
in paradisum. et audivit arcana verba que non li
cet homini loqui. Pro huiusmodi gliabor: pro me
autem nichil gliabor. nisi in infirmitatibus meis. Nam
et si voluero gliari non ero insipiens. Veritatem enim
dicam. Porro autem. ne quis me existimet supra id quod
videt in me. aut audit aliquid ex me. Et ne ma
gitudo revelationum extollat me: datus est mi
hi stimulus carnis meae angelus satanae qui me co
laphizet. Propter quod ter dominum rogavi. ut discederet a me
et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus mea
in infirmitate perficitur. Libenter igitur gliabor in infir
mitatibus meis: ut inhabitet in me virtus christi

Sagitte gentes quoniam nominem tuum deus tu solus altissimus super
omnem terram. V. Deus meus pone illos ut rotam et sicut stipu
lam ante faciem venti. Tractus. Commovisti omnem terram et
conturbasti eam. V. Sana contritiones eius quia mota est
Vt fugiant a facie arcus et liberentur electi tui. Secundum Lucam 8

In illo tempore. Cum turba plurima conveniret et de
ciuitatibus festinarent ad iesum dixit per similitudinem
Exiit qui seminat seminare semen suum. et dum
seminat. aliud cecidit secus viam et conculcatum
est: et volucres celi comederunt illud. Et aliud ce
cidit super petram: et natum aruit. quia non habe
bat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. et simul
cum orte spinae suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in
terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Hec
dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audi
at. Interrogabant autem eum discipuli eius que esset